**L**ocutusq; est dñs ad moysen dicens. Ecce vocavi et nomine beseleel filij buri filij bur de tribu iuda. et impleui eum spiritu dei: sapientia et intelligētia et scientia in omni ope ad excogitandus q̄s quid fabre fieri potest ex auro et argento et ere marmore et gemis et diuersitate lignorū. dedi q; ei socius ooliab filium achisamech de tribu dan. Et in corde hois eruditi posui sapientiam vt faciant cūcta q̄ p̄cepi tibi. tabernaculum felderis et arcā testimonij. et pp̄tatorij qd̄ super eam est: et cūcta vasa tabernaculi mensamq; et vasa eius candelabrum purissimū cū vasib; suis. et altaria thymiamatis et holocausti et omnia vasa eoz. labiū cū basi sua. vestes sanctas i ministerio aaron sacerdoti et filij eius vt fungantur officio suo in sacris. oleum vnctionis et thymia ma aromatū in sanctuario. Omnia q̄ p̄cepi tibi facient. Et locutus est dñs ad moysen dicens. Loquere filijs israel. et dices ad eos. Videte vt sabbatū meū custodiatis. q; signū est inter me et vos in generationibus vestris vt sciatis q̄a ego dñs qui sanctifico vos. Custodite sabbatū meū. Sanctū est em̄ vobis. Qui p̄liuerit illud morte moriat. Qui fecerit in eo opus peribit a nima illius de medio ppli sui. Sed diebus facietis opus. in die septimo sabbatū ē requies sancta dño. Omnis qui fecerit opus in hac die morietur. Custodiant filij israel sabbatū: et celebrent illud in generationibus suis. Pactū est sempiternū inter me et filios israel signumq; perpetuū. Sed em̄ diebus fecit dñs celū et terram. et in septimo ab omni opere cessauit. Deditq; dñs moysi cōpletis huiusmodi sermonibus in mōte synai duas tabulas testimonij lapideas scriptas digito dei.

**¶** De adoratione vituli et ira dei. de fractione tabularū. de cōtritione et occisione. **¶** Cap. XXXII

**U**idens autē pplus q̄ moram faceret moyses descendit de monte. cōgregatus aduersus aaron dixit. Surge fac nobis deos qui nos p̄cedant. Moysi em̄ hūc viro qui nos eduxit de terra egypti ignoramus qd̄ acciderit. Dixitq; ad eos aaron. Tollite in aures aureas de vrorum filiorumq; et filiarū vestrarum auribus et afferte ad me. Fecit pplis q̄ iusserat deserēs iures ad aarō. Quas cū ille accepisset. formauit ope fusorio et fecit ex eis vitulū cōflatilē. Dixerūtq;. Hi sunt dii tui israel q̄ te eduxerūt de terra egypti. Ad cū vidisset aaron edificauit altare corā eo: et p̄conis voce clamauit dicens. Cras solēntas dñi est. Surgentesq; mane obtulerūt holocausta

et hostias pacificas. et sedit pplis manducare et bibere. et surrexerūt ludere. Locutus est autē dñs ad moysen dicens. Uade et descende: peccauit pplus tuus quē eduxisti de terra egypti: recesserunt cito de via quā ostendisti eis. Feceruntq; sibi vitulū cōflatilem et adorauerūt atq; imolantes ei hostias dixerunt. Isti sunt dii tui israel: qui te eduxerūt de terra egypti. Rursumq; ait dñs ad moysen. Eerno q̄ pplus iste dure cervicis sit. Dimitte me vt irascat furor meus cōtra eos et deleam eos faciāq; te in gētem magnam. Moyses autē orabat dñm deus suū dicens. Cur dñe irascatur furor tuus cōtra populum tuū quē eduxisti de terra egypti in fortitudine magna et in manu robusta? Ne queso dicant egyptij callide eduxit eos vt interficeret in montibus et deleret e terra. quiescat ira tua et esto placabilis sup nequitias populi tui. Recordare abraam et isaac et israel seruoꝝ tuorū: q̄ bus iurasti per te metip̄m dicens. Multiplicabo semen vestrū sicut stellas celi et vnīuersam terram hanc de qua locutus sum dabo semini vestro et possidebitis eas semp. Placatusq; est dñs ne faceret malū qd̄ locutus fuerat aduersus pplm suū. Et reuersus est moyses de monte portās duas tabulas testimonij i manu sua scriptas ex vtraq; pte et factas ope dñi. Scriptura q̄ dei erat sculpta in tabulis. Audies autem ioseph tumultū populi vociferantis. dixit ad moysen. Ululatus pugne audis i castris. Qui r̄dit. Non est clamor adhortantiū ad pugnas neq; vociferatio cōpellentiū ad fugam. sed vocem cantantiū ego audio. Cūq; appropinquasset ad castra vidit vitulū et choros: iratusq; valde p̄iecit de manu tabulas et cōfregit eas ad radicem montis. Arripiensq; vitulū quē fecerat cōbussit et cōstrinxit vsq; ad puluerē quē sparsit i aquam. et dedit ex eo potū filijs israel. Dixitq; ad aaron. Quid tibi fecit hic populus vt induceres super eum pctm̄ maximū? Qui ille r̄dit. Ne indignes dominus meus. Tu em̄ nosti populum istū q̄ p̄nus sit ad malum. Dixerūt mibi. Fac nobis deos qui nos p̄cedant. Huic enī moysi qui nos eduxit de terra egypti. nescim⁹ quid acciderit. Quibus ego dixi. Quis vestrus habet aurum? Tulerunt et dederunt mibi et p̄fecit illud in ignē. egressusq; est hic vitulus. Videns ergo moyses populum q̄ esset nudatus. spoliauerat enim eum aaron p̄pter ignominiam sordis et inter hostes nudus constituerat et stans in porta castrorū ait. Si quis est dñi iugatur mibi. Congregatiq; sunt ad eus omnes filij leui. Quib; ait. Hec dicit dñs deus israel. Ponat vir gladium super fenuꝝ suum. Ite et redite de porta vsq; ad portam per medius castrorum. et occidat vnusquisq; fratrem suum et amicum et primū suū. Feceruntq; filij leui iuxta sermonē moysi: ceciderūtq; in die illa quasi viginti tria milia hoim. Et ait moyses. Cōsecrastis manus v̄as hodie dño. vnusquisq; in fratre suo et i fratre suo: vt des vobis b̄dictio. Facto autē

i. Cor. xi. b

Deute. ix. b

ij. Kg. cā. g

Numer. xiiij. c

D

E

5. co.

F

Nume. xvi. a

B

H  
[. . . . .]

B

E

[. . . . .]

D

Gene. i. d

[. . . . .]

[. . . . .]

A

Actu. vij. c

B

tem altero die locutus est moyses ad populum: Peccastis peccatum maximum. Ascendā ad dñm. si quo modo quero eū deprecari. p scelere vestro. Reuersusq; ad dñm ait. Obsecro peccauit populus iste peccatū maximum: feceruntq; sibi deos aureos. Aut dimitte eis hanc notā: aut si nō facis dele me de libro tuo quem scripsisti. Cui respondit dñs. Qui peccauerit mihi delebo eum de libro meo. Tu autē vade et duc populū istum quo locutus sum tibi. Angelus me⁹ pcedet te. Ego autē in die vltiōis visitabo et hoc peccatū eorum: Percussit autē dñs populum p reatu vituli: quem fecerat aaron.

**CL. S.** Populus ornatum ponit tabernaculū extra castra terendit. dñs in columna loquitur moysi: faciē dñi petit videre. **Ca. XXXIII**

**L**ocutusq; est dñs ad moysen dicens. Vade ascende de loco isto: tu et populus tuus quem eduxisti de terra egypti in terrā quā iurauī abraā isaac et iacob: dicens. Semini tuo dabo eā. et mittā pcursores tuos angelū vt efficiam chananeū et amorreū et etheum et pberzeum et eueū et iebuseum. et in tres in terrā fluentem lacte et melle. Non enim ascendam tecum. q; populus dure cervicis est. ne forte disperdam te in via. Audiensq; populus sermōnem hunc pessimus iurit et nullus ex more indutus est cultu suo. Dixitq; dñs ad moysen. Loquere filiis israel. Populus dure cervicis es. semel ascendam in medio tuo et delebo te. Nunc deponere ornatū tuū vt sciam quid faciam tibi. Deposuerunt ergo filii israel ornatum suū a monte oreb. Moyses quoq; tollēs tabernaculum tetendit extra castra. pcul vocauitq; nomen eius tabernaculum federis. Et omnis populus qui habebat aliquā questionē: egrediebatur ad tabernaculū federis extra castra. Cūq; egredieretur moyses ad tabernaculum surgebat vniuersa plebs. et stabat vnusquisq; in ostio papilionis suū: respiciebantq; tergū moysi donec ingrederetur tentoriū. Ingresso autē illo tabernaculū federis: descendebat columna nubis et stabat ad ostiū. loquebaturq; dominus cū moyse cernētibus vniuersis q; columna nubis stare ad ostiū tabernaculi. Stabantq; et ipsi et adorabant per fores tabernaculorum suorum. Loquebatur autē dñs ad moysen facie ad faciem sicut solet loqui homo ad amicum suum. Cūq; ille reuerteretur in castra: minister eius ioseph filius Nun puer nō recedebat de tabernaculo. Dixit autē moyses ad dñm. Precipis vt educam populum istum et nō indicas mihi quem missurus sis mecum. psertim cū dixeris noui te ex nomine. et inuenisti gratiam corā me. Si ergo inueni gratiā in cōspectu tuo ostende mihi faciem tuam vt sciam te et inueniam gratiā ante oculos tuos. Respice populū tuū gentē hanc. Dixitq; dñs. Facies mea pcedet te. et requiem dabo tibi. Et ait moyses. Si nō tu ipse pcedas ne educas nos de loco isto. In quo enim scire poterimus ego et populus tu⁹ inuenisse nos grām in

cōspectu tuo nisi ambulaueris nobiscum vt glorificemur ab oibus pplis q; habitant sup terrā. Dixit autē dñs ad moysen. Et verbum istud quod locutus es faciā. Inuenisti enim grām corā me. et te ipsum noui ex nomine. Qui ait. ostende mihi gloriam tuā. Rñdit. Ego ostendam omne bonum tibi. et vocabor in nomine dñi corā te. et misererebo: cui voluerō: et clemens ero in quibus mihi placuerit. Rñsumq; ait. Non poteris videre faciē meā. Non ei videbit me homo et viuet. Et iterū. Ecce inquit est locus apud me et stabis supra petrā. Cūq; transibit gloria mea posnam te in foramine petre. et protegam dextera mea donec transeam. Tollāq; manū meam. et videbis posteriora mea: faciē autē meā videre non poteris.

**CL. S.** De renouatione tabularū dñs coram moyse transit de nō habenda societate gentiū. Repetitio de p̄mogenitis redimendis. de sabato. de tribus tēporibus anni. de fermēto. de victimis. de bedo non coquendo. aquam nō bibit. descendit de monte conutus velat facies.

**Ca. XXXIII**  
**A**it tibi duas tabulas lapideas iutar priorum et scribam super eas verba quae habuerunt tabule quas fregisti. Esto paratus mane vt ascendas statim in montē synai stabisq; mecum sup verticē montis. Nullus ascendat tecū nec videat quāspiam p totū montem. boues q; et oues nō pascant ecōtra. Erat ergo duas tabulas lapideas quales antea fuerant et de nocte cōsurgēs ascendit in montē synai sicut preceperat ei dñs portās secū tabulas. Cūq; descendisset dñs p nubē stetit moyses cū eo inuocans nomē dñi. Quo transeūte corā eo: ait. Dñator dñe deus. misericors et clemens patiens et multe miserationis ac verax. qui custodis mias in milia. q; aufers iniquitatē et scelera atq; peccatā. nullusq; apud te p se innocēs ē. q; reddis iniquitatē patrū filiis ac nepotib⁹ in tertiam et quartā pgeniē. Festinusq; moyses curuatus est p̄nus in terrā: et adorans ait. Si inueni grām in cōspectu tuo dñe: obsecro vt gradiaris nobiscū. populus enim dure cervicis est vt auferas iniquitates n̄ras atq; peccatā nosq; possideas. Rñdit dñs. Ego inibo pactū videntib⁹ cum ceteris: signa faciam q; nunq; visa sunt sup terrā: nec in vllis gentibus vt cernat populus iste in cuius es medio: opus dñi terribile quod factur⁹ suz. Obserua cūcta q; bodie mandauī tibi. Ego ipse efficiā añ faciē tuā amorreū et chananeū et etheum pberzeū q; et eueū et iebuseū. Cave ne vnq; cū habitatorib⁹ terre illi⁹ iūgas amicitias q; sint tibi in ruinā. sed et aras eorū destrue. p̄fringe statuas. et idola succide. Noli adorare deum alienū. Dñs zelotes nomē eius: de⁹ est emulatus. Ne in eas pactū cū boibus illarū regionū: ne cum fornicati fuerint cum dñis suis et adorerint simulacra eorū: vocet te quispiā vt comedas de imolatis. Nec vxorē de filiabus eorum accipies filiis tuis: ne postq; ipse fuerint forni

5. r. c.

B

E

Roma. r. i. a. ucc. r. i. d.

Ecc. r. r. d.

Deute. r. i. b.

Deute. r. i.

i. r. i. d.

Heb. r. i. L. o. r. i. i.

Deute. r. i.

i. r. i. r. e. r. a.

cate: fornicari faciant et filios tuos in deos suos. Deos consiliales non facies tibi. Solennitatem azimorum custodies. Septem diebus vesceris azimis sicut precepi tibi in tempore messis novorum. Mense enim verni temporis egressus es de egypto. Omne quod aperit vulva generi masculini meum erit. De cunctis animabus tam de bobus quam de omnibus meum erit. Primogenitum asini redimes one. Si autem nec precium pro eo dederis occidetur. Primogenitum filiorum tuorum redimes: nec apparebis in conspectu meo vacuus. Sex diebus operaberis: die septimo cessabis a rare et metere. Solennitatem hebdomadarum facies tibi in primitiis frugum messis tue triticee et solennitatem quam redeunte anni tempore cuncta condunt. Tribus temporibus anni apparebit omne masculinum tuum in conspectu omnipotentis domini dei israel. Cum enim tulero gentes a facie tua et dilata vero terminos tuos: nullus insidiabitur terre tue ascendente te et apparete in conspectu domini dei tui ter in anno. Non immolabis super fermento sanguinem hostie mee: neque residet mane de victimis solennitatis phase. Primitias frugum terre tue offeres in domo domini dei tui. Non coques bedum in lacte matris sue. Dicitque dominus ad moysen. Scribe tibi verba hec quibus et tecum et cum israel pepigi fedus. Fuit ergo ibi cum domino moyses quadraginta dies et quadraginta noctes: panem non comedit et aquam non bibit. et scripsit in tabulis verba federis decem. Cumque descenderet moyses de monte synai. tenebat duas tabulas lapideas testimonij et ignorabat quod cornuta esset facies sua et consortio simonis domini. Videntes autem aaron et filij israel cornutam moysi faciem timuerunt prope accedere. Vocatusque ab eo reuersi sunt tam aaron quam principes synagoge. Et postquam locutus est ad eos venerunt ad eum etiam omnes filij israel. Quibus precepit cuncta que audierat a domino in monte synai. Impletisque simonibus posuit velamen super faciem suam. Qui ingressus ad dominum et loquens cum eo aufererat donec exiret. et tunc loquebatur ad filios israel omnia que sibi fuerant impata. Qui videbant faciem egredientis moysi esse cornutam sed operiebat ille rursus faciem suam: si quando loquebatur ad eos.

**C. S.** Moyses mandat sabbatum custodire: petit primitias et donaria: interrogat quis sapiens operari. Populus offert que petita sunt moyses ait. Ecce vocavit dominus Beseleel. XXXV.

**A**ditur congregata omni turba filiorum israel: dicit ad eos. Hec sunt que iussit dominus fieri. Sex diebus facietis opus. Septimus dies erit vobis sanctus. sabbatum et requies domini. Qui fecerit opus in eo occidetur. Non succendetis ignem in omnibus habitaculis vestris per diem sabbati. Et ait moyses ad omnem cateruam filiorum israel. Iste est homo quem precepit dominus dicens. Separate a pud vos primitias domino. Omnis voluntarius et prono animo offerat eas domino. Aurum et argentum et es byacinctum et purpuram coc-

cumque bis tinctum et byssum. pilos caprarum pellesque arietum rubricatas et byacintinas ligna sethim et oleum ad luminaria concinnanda. et ut conficiatur unguentum et thymiana suauissimum. lapides onychinos et gemmas ad ornatum superbumeralis et rationalis. Quisquis vestrum sapiens est. veniat et faciat dominus quod imperavit tabernaculum. scilicet et tectum eius atque operimentum annulus et tabulata cum vectibus parillos et bases arcam et vectes. pyriatorum et velum quod ante illud. appendicem mensam cum vectibus et vasis et propositiois panibus. candelabrum ad luminaria sustentanda. vasa illius et lucernas et oleum ad nutrimenta ignium. altare thymiamatis et vectes et oleum unctiois et thymiana ex aromatibus: tentorium ad ostium tabernaculi. altare holocausti et craticulam eius eneam cum vectibus et vasis suis. labrum et bases eius. corinas atrij cum columnis et basibus. tentorium in foribus vestibuli parillos tabernaculi atrij cum funiculis suis: vestimenta quorum usus est in ministerio sanctuarij. vestes aaron pontificis ac filiorum eius ut sacerdotio fungantur mihi. Egressa quoque omnis multitudo filiorum israel de conspectu moysi: obtulerunt mente promptissima atque deuota primitias domino ad faciendum opus tabernaculi testimonij. Quicquid ad cultum et ad vestes sanctas necessarium erat. viri cum mulieribus prebuerunt: armillas et inanes annulos et dertralia. Omne vas aureum in donaria domini separatim est. Si quis habebat aurum byacintinum et purpuram: coccumque bis tinctum: byssum et pilos caprarum. pelles arietum rubricatas et byacintinas. argenti et auri erisque metalla obtulerunt domino lignaque sethim in varios usus. Sed et mulieres docte que venerant dederunt byacintinum purpuram ac vermiculum ac byssum et pilos caprarum sponte propria cuncta tribuentes. Principes vero obtulerunt lapides onychinos et gemmas ad superbumerale et rationale. aromataque et oleum ad luminaria concinnanda et ad preparandum unguentum ac thymiana odoris suauissimi componendum. Omnes viri et mulieres mente deuota obtulerunt donaria ut fierent opera que iusserat dominus per manum moysi. Cuncti filij israel voluntaria domino dedicauerunt. Dicitque moyses ad filios israel. Ecce vocavit dominus et nomine beseleel filium buri. filij bur de tribu iuda: impleuitque eum spiritu dei sapientia et intelligentia et scientia et omni doctrina ad excogitandum et faciendum opus in auro et argento et ere et ferro: sculpendisque lapidibus et opere carpentario. Quicquid fabre ad inueniri potest: dedit in corde eius. Doliab quoque filium achisamech de tribu dan ambos erudit sapientia ut faciant opera abietarij polymitarij ac plumarij de byacintino et purpura coccumque bis tincto et byssum. et texant omnia ac noua queque reperiant.

**C. S.** Plus offert populus quam sit necesse. Sit

opus tabernaculi scilicet decem cortine et quinquaginta anse et quinquaginta sage quinquaginta fibule sunt operimenta tabernaculi. Tabule bases vectes circulos et velum et tentorium et columnas quinque. **Cap. XXXVI.**

**F**ecit ergo beeleel et ooliab et omnis vir sapiens quibus dedit dominus sapientiam et intellectum ut scirent fabricare operari quod in usu sanctuarii necessaria sunt: et que precepit dominus. Quos vocasset eos moyses et omnem eruditum virum cui dederat dominus sapientiam. et qui sponte sua obtulerant se ad faciendum opus tradidit eis omnia donaria filiorum israel. Qui cum instarent operi quotidie: mane vota populus offerebat. Unde artifices venire compulsi dixerunt moysi: Plus offert populus quam necessarium est. Iussit ergo moyses preconis voce cantari. Nec vir nec mulier quicquam offerat ultra in opere sanctuarii. Sic cessatum est a muneribus offerendis: eo quod oblata sufficerent et superabundarent. Feceruntque omnes corde sapientes ad explendum opus tabernaculi. cortinas decem. de bysso retorta et hyacintho et purpura. coccoque bis tincto. opere variario et arte polymita. quarum una habebat in longitudine vigintiocto cubitos. et in latitudine quattuor. Una mensura erat omnium cortinarum. Edumritque cortinas quinque alteram alteri et alias quinque sibi invicem copulavit. Fecit et ansas hyacinthinas in ora cortine unius et utroque latere. et in ora cortine alterius similiter ut contra se invicem venirent anse et mutuo iungerentur. Unde et quinquaginta fudit circulos aureos qui morderent cortinarum ansas et fieret unus tabernaculus. Fecit et saga undecim de pilis caprarum ad operiendum tectum tabernaculi. Unus sagum in longitudine habebat cubitos triginta et in latitudine cubitos quattuor. Unius mensure erant omnia saga. Quorum quinque iunxit seorsum et sex alia separatim. Fecitque ansas quinquaginta in ora sagi unius. et quinquaginta in ora sagi alterius. ut sibi invicem iungerentur. et fibulas eneas quinquaginta quibus neceretur tectum ut unum pallium ex omnibus sagis fieret. Fecit et opertorium tabernaculi de pellibus arietum rubricatis: aliudque desuper velamen de pellibus hyacinthinis. Fecit et tabulas tabernaculi de lignis sethim stantes. Decem cubitorum erat longitudo tabule unius et unum ac semis cubitum latitudo retinebat. Bine incastrature erant per singulas tabulas ut altera alteri iungeretur. Sic fecit in omnibus tabernaculi tabulis. Ex quibus viginti ad plagam meridiana erant contra austrum cum quadraginta basibus argenteis. Due bases sub una tabula ponebantur et utraque parte angulorum ubi incastrature laterum in angulis terminantur. Ad plagas quoque tabernaculi que respicit ad aquilonem fecit viginti tabulas cum quadraginta basibus argenteis duas bases per sin-

gulas tabulas. Contra occidentem vero. id est ad eam partem tabernaculi que mare respicit fecit sex tabulas et duas alias per singulos angulos tabernaculi retro que iuncte erant a deorsum usque sursum. et in unam compage pariter ferebantur. Ita fecit et utraque parte per angulos ut octo essent simul tabule. et haberent bases argenteas sedecim. binas scilicet bases sub singulis tabulis. Fecit et vectes de lignis sethim quinque ad continendas tabulas unius lateris tabernaculi. et quinque alios ad alterius lateris copandas tabulas et extra hos quinque alios vectes ad occidentalem plagam tabernaculi contra mare. Fecit quoque vectem alium qui per medias tabulas ab angulo usque ad angulum penetraret. Ipsa autem tabulata deauravit fisis basibus earum argenteis. et circulos eorum fecit aureos per quos vectes induci possent quos et ipsos laminis aureis operuit. Fecit et velum de hyacintho et purpura. vermiculo ac bysso retorta opere polymitarario. varium atque distinctum et quattuor columnas de lignis sethim quas cum capitibus deauravit. fisis basibus earum argenteis. Fecit et tentorium in introitu tabernaculi et hyacintho purpura vermiculo byssoque retorta opere plumarii et columnas quinque cum capitibus suis quas operuit auro basesque earum fudit eneas quas et operuit auro.

**Cap. XXXVII.** Fecit et vectes eius et propitiatorium cherubin mensa cum circulis: candelabrum cum emunctoriis. altare thymiamatis: oleum sanctificationis et thymiamata.

**F**ecit autem beeleel et arca de lignis sethim habentem duos et semis cubitos in longitudine et cubitum ac semis in latitudine. altitudo quoque unius cubiti fuit et dimidii: vestivitque eam auro purissimo intus et foris. Et fecit illi coronam auream per gyrum conflans quattuor annulos aureos per quattuor angulos eius. duos annulos in latere uno et duos in altero. Vectes quoque fecit de lignis sethim quos vestivit auro et quos misit in annulos qui erant in lateribus arce ad portandum eam. Fecit et propitiatorium id est oraculum de auro mundissimo duorum cubitorum et dimidii in longitudine et cubiti ac semis in latitudine. Duos etiam cherubi ex auro ductili quos posuit ex utraque parte propitiatorii. cherub unum in summitate unius partis. et cherub alterum in summitate partis alterius. Duos cherubi in singulis summitatibus propitiatorii extendentes alas et tegentes propitiatorium seque mutuo et illud respicientes. Fecit et mensam de lignis sethim in longitudine duorum cubitorum et in latitudine unius cubiti quod habebat in altitudine cubitum ac semis. Circum deditque eam auro mundissimo et fecit illi labium aureum per gyrum. ipsique labio coronam auream in terra silem quattuor digitorum. et super eadem alteram coronam auream. Fudit et quattuor circulos aureos quos posuit in quattuor angulis per singulos pedes mensam. misitque in eos vectes ut possit mensa portari. ipsos quoque vectes fecit

**L** de lignis sethim et circumdedit eos auro. Et vasa ad diversos usus mensae acetabula, phialas et cyathos et thuribula ex auro puro in quibus offerenda sunt libamina. Fecit et candelabrum ductile de auro mundissimo. De cuius vecte, calami, cippi, spheruleque ac lilia precedebant sex in utroque latere. Tres calami ex parte vna et tres ex altera. Tres cippi in nucis modum per calamos singulos, spheruleque simul et lilia et tres cippi in star nucis in calamo altero, spheruleque simul et lilia. Equum erat opus sex calamorum quod precedebat de stipite candelabri. In ipso autem vecte erant quattuor cippi in nucis modum. Spheruleque per singulos et lilia et spherule sub duobus calamis pro loca tria qui simul sex fiunt calami precedentes de vecte vno. Et spherule igitur et calami ex ipso erant, vniuersa ductilia ex auro purissimo. Fecit et lucernas septem cum emuctoribus suis, et vasa vbi ea que emuncta sunt extinguantur de auro purissimo. Talentum auri appendebat candelabrum cum omnibus vasis suis. Fecit et altare thymiamatis de lignis sethim per quadratum singulos habens cubitos, et in altitudine duos, e cuius angulis precedebat cornua, vestiuitque illud auro purissimo cum craticula ac parietibus et cornibus. Fecitque ei coronam aureolam per gyrum, et duos anulos aureos sub corona per singula latera ut mittantur in eos vectes et possit altare portari. Ipsos autem vectes fecit de lignis sethim et operuit laminis aureis. Composuit et oleum ad sanctificationis unguentum et thymiamata de aromatibus mundissimis opere pigmentarii. **C. L. S.** Sit altare holocaustum cum pertinentiis, labium eneum, atrium cum pertinentiis.

## Capitulum. XXVIII

**A** **H**ecit ei altare holocausti de lignis sethim quinque cubitorum per quadratum et trium in altitudine, cuius cornua de angulis precedebat operuitque illud laminis eneis. Et in usus eius parauit ex ere vasa diuersa, lebetes, forcipes, fuscinulas, vncinos et ignium receptacula. Craticulaque eius in modum retis fecit eneam et subter eas in altaris medio arulam fuscis quattuor annulis per totidem retiaculi summitates ad imittendos vectes ad portandum. Duos et ipsos fecit de lignis sethim, et operuit laminis eneis, iduritusque in circulos que in lateribus altaris eminebant. Ipsus autem altare non erat solidum sed canum ex tabulatis et intus vacuum. Fecit et labrum eneum cum basi sua de speculis mulierum que excubabant in ostio tabernaculi. Fecit et atrium in cuius australi plaga erat tentoria de bysso retorta cubitorum centum colonne eneae viginti cum basibus suis capita columnarum et tota operis celatura argentea. Eque ad septentrionalem plagam tentoria colune basisque et capita columnarum eiusdem mensurae et operis ac metalli erant. In ea vero plaga que ad occidentes respicit fuerunt tentoria cubitorum quinquaginta, colune decem cum basibus suis eneae et capita columnarum

et tota operis celatura argentea. Porro contra orientem quinquaginta cubitorum parauit tentoria e quibus quindecim cubitos columnarum trium cum basibus suis vnum tenebat latus et in parte altera, quia inter utraque introitum tabernaculi fecit, quindecim eque cubitorum erant tentoria, coluneque tres et bases totidem. Luctra atrii tentoria bysso retorta texerat. Bases columnarum fuere eneae, capita autem earum cum cunctis celaturis suis argentea, sed ipsas columnas atrii vestiuit argento. Et in introitu eius opere plumario fecit tentorium et byacintho, purpura vermiculo ac bysso retorta quod habebat viginti cubitos in longitudine, altitudo vero quinque cubitorum erat iuxta mensuram quam cuncta atrii tentoria habebant. Colonne autem in ingressu fuere quattuor cum basibus eneis capitisque earum et celature argenteae. Parillos quoque tabernaculi et atrii per gyrum fecit eneos. Hec sunt instrumenta tabernaculi testimonii: que enumerata sunt iuxta preceptum moysi in ceremoniis leuitarum per manum ythamar filii aaron sacerdotis que beseleel filius buri filii hur de tribu iuda, domino per moysen iubente compleuerat, iuncto sibi socio ooliab filio abchisameth de tribu dan: quod et ipse artifex lignorum egregius fuit, et polymitaris atque plumarius et byacintho, purpura vermiculo et bysso. De aurum quod expensum est in opere sanctuarii, et quod oblatum est in donariis, viginti et noue talentorum fuit, et septingentorum triginta siclorum ad mensuram sanctuarii. Oblatum est autem ab his que transierunt ad numerum a viginti annis et supra, de sexcentis tribus milibus et quingentis quinquaginta armatorum. Fuerunt preterea centum talenta argenti, e quibus platee sunt bases sanctuarii, et introitus vbi velum pendet. Centum bases facte sunt de talentis centum singulis talentis per bases singulas supputatis. De mille autem septingentis et septuagintaque siclis fecit capita columnarum quas et ipsas vestiuit argento. Eris quoque oblata sunt talenta septuaginta duo milia et quadringenti supra sicut et quibus fuisse sunt bases in introitu tabernaculi testimonii, et altare eneum cum craticula sua, omniaque vasa que ad usum eius pertinent, et bases atrii tam in circuitu quam in ingressu eius, et parilli tabernaculi atque atrii per gyrum.

**C. L. S.** Fuit ornamenta pontificalia et sacerdotalia, perficitur opus obtulerunt que facta sunt, quibus oblati moyses benedixit eis. **Ca. XXXIX**

**D**e byacintho vero et purpurea, vermiculo ac bysso fecit vestes quibus indueretur aaron quando ministrabat in sanctis sicut precepit dominus moysi, fecit igitur superhumeralis de auro byacintho et purpura coccoque bis tincto et bysso retorta, opere polymitaris. Inciditque bracteas aureas et extenuauit in fila ut possent torqueri cum priorum colorum subtegmine, duasque auroras sibi iuncte copulatas in utroque latere summatarum: et baltbeus

et eisdem coloribus. sicut preceperat dominus moysi. Parauit et duos lapides onychinos astrictos et inclusos auro et sculptos arte gemaria nominibus filiorum israel. Ser nomina in lapide vno. et ser in altero. iuxta ordinem natiuitatis eorum. Posuitque eos in lateribus superbumeralis in monimentum filiorum israel sicut preceperat dominus moysi. Fecit et rationale opere polymito iuxta opus superbumeralis. ex auro. byacinto. purpura. coccoque bis tincto et bysso retorta. quadrangulum duplex mensure palmi. et posuit in eo gemarum ordines quattuor. In primo versu erat sardius. topasius. smaragdus. In secundo carbunculus. saphirus. iaspis. In tertio liguriachates. et ametistus. In quarto chrysolit. onychinus et berillus circumdati et inclusi auro per ordines suos. Ipsique lapides duodecim sculpti erant nominibus duodecim tribuum israel singuli per nomina singulorum. Fecerunt in rationali et catenulas sibi inuicem coherentes de auro purissimo: et duos vincinos totidemque anulos aureos. Porro anulos posuerunt in utroque latere ronalis. ex quibus pederet due catene auree quas inseruerunt vincinis qui in superbumeralibus eminebant. Nec et ante et retro ita conueniebant sibi. ut superbumerale et ronale mutuo necerent. stricta ad balteum et anulis forti copulata quos iungebat virga byacintina ne lata fluerent et a se inuicem mouerent sicut precepit dominus moysi. Feceruntque et tunicam superbumeralis totam byacintinam et capitulum in superiori parte contra medium oraculum per gyrum capituli textile: deorsum autem ad pedes malapunica et byacinto purpura. umiculo ac bysso retorta. et tintinnabula de auro purissimo. que posuerunt in malograna in extrema parte tunice per gyrum. tintinnabulum autem aureum et malapunicum. quibus ornat incedebat pontifex quando ministerio iungebat. sicut precepit dominus moysi. Fecerunt et tunicas byssinas opere textili aaron et filii eius. et mitras cum cornu suis ex bysso. feminalia quoque linea byssina. circumgula pro de bysso retorta. byacinto. purpura ac vermiculo distinctum arte plumaria sicut preceperat dominus moysi. Fecerunt et laminam sacre venerabilis de auro purissimo. scripseruntque in ea opere gemario scriptum domini: et strinxerunt eam cum mitra virga byacintina. sicut preceperat dominus moysi. Perfectum est igitur omne opus tabernaculi et tecti testimonij. Feceruntque filii israel cuncta que preceperat dominus moysi. et obtulerunt tabernaculum et tectum et vniuersam supellectilem anulos. tabulas. vectes. columnas ac bases. oportorium de pellibus arictum rubricatis. et aliud oportorium de byacintinis pellibus. velum arcam. vectes. propitiatorium. mensam cum vasis suis. et propositionis panibus. candelabrum. lucernas. et vnguentum et thymiana et aromatibus et tentorium in introitu tabernaculi. altare eneum: retiaculum: vectes et vasa eius omnia. labrum cum basi sua tentoria atrij: et columnas cum basibus

suis. tentorium in introitu atrij. funiculosque illius et parillos. Nihil ex vasis defuit que in ministerium tabernaculi et in tectum federis iussa sunt fieri. Vestes quoque quibus sacerdotes vtunt in sacuario aaron scilicet et filii eius obtulerunt filii israel sicut preceperat dominus. Que postquam moyses cuncta vidit completa. benedixit eis.

**C. L. B.** Precepit dominus ut erigatur tabernaculus et omnia vinctiois oleo consecretur. quod fit mense primo anni secundi. que postquam locuta sunt nubes operit tabernaculus que incumbit tabernaculo per diem ignis per noctes. si nubes deserit proficiuntur. **Capitulum. CXL.**

**I**nterlocutusque est dominus ad moysen dicens. Mense primo. prima die mensis eriges tabernaculum testimonij: et pones in eo archam. dimittesque ante illam velum: et illata mensa pones super eam que rite precepta sunt. Candelabrum stabit cum lucernis suis. et altare aureum in quo adoletur incensum. coram archa testimonij. Tentorium in introitu tabernaculi testimonij pones: et ante illud altare holocausti. Labrum inter altare et tabernaculum quod implebis aqua. Circumdabisque atrium tentorium et ingressum eius. Et assumpto vinctiois oleo vnges tabernaculum cum vasis suis ut sanctificentur: altare holocausti et omnia vasa eius. labrum cum basi sua. Omnia vinctiois oleo consecrabis: ut sint sancta sanctorum. Applicabisque aaron et filios eius ad fores tabernaculi testimonij: et lotos aqua indues sanctis vestibus ut ministrent mihi: et vinctio eorum in sacerdotium sempiternum proficiat. Fecitque moyses omnia que preceperat dominus. Igitur mense primo anni secundi. prima die mensis. collocatum est tabernaculum. Erexitque moyses illud et posuit tabulas. ac bases: et vectes. statuitque columnas et expandit tectum super tabernaculum. imposito desuper operimento. sicut dominus imperauerat. Posuit et testimonium in archa subditis infra vectibus et oraculum desuper. Cumque intulisset arcam in tabernaculum testimonij. appendit ante eam velum ut expleret domini iussionem. Posuit et mensam in tabernaculo testimonij ad plagam septentrionalem extra velum. ordinatis coram propositionis panibus. sicut preceperat dominus moysi. Posuit et candelabrum in tabernaculo testimonij e regione mense in parte australi locatis per ordinem lucernis iuxta preceptum domini. Posuit et altare aureum sub tecto testimonij contra velum. et adoleuit super eo incensum aromaticum. sicut iusserat dominus moysi. Posuit et tentorium in introitu tabernaculi testimonij. et altare holocausti in vestibulo testimonij offerens in eo holocaustum et sacrificia ut dominus imperauerat. Labrum quoque statuit inter tabernaculum testimonij et altare implens illud aqua.aueruntque in eo moyses et aaron ac filii eius manus suas et pedes. cum ingrederentur tectum federis. ac accederent ad altare: sicut preceperat dominus moysi. Erexit et atrium per gyrum tabernaculi et altaris ducto in introitu eius te

Iume. it.

A

B

C. L. B.

Ero. r. it. i. iii. a. et i. iii. a.

Nume.

I. co.

L

S. co.

D

S. r. it.



lume. se. c

torio. Postq̄ omnia perfecta sunt. opuit nubes tabernaculū testimonij: et gl̄ia dñi impleuit illud. Nec poterat moyses ingredi rectū federis nube opiente oia: et maiestate dñi coruscante. quia cūcta nubes operuerat. Si quādo nubes tabernaculū deserabat. p̄ficiscebant filij israel p̄ turmas suas. Si pendeat desup. manebāt in eodē loco. Nubes quippe dñi incubebat per diem tabernaculo et igit̄ in nocte: videntib⁹ cūctis populis israel p̄ cūctas māñones suas.

**E**xplicat liber exodi. Incipit vagetbra id est liber Leuiticus

**C. S. De ritu holocaustoz: quomodo de armento fit oblatio: si fit quomodo de pecoribus quomodo de aubus.**

**Capitulū. I.**

**Docuit autem**

**U** moysen: et locut⁹ ē ei dñs de tabernaculo testimonij dicens. Loquere filiis isrl et dices ad eos. Homo qui obtulerit ex vobis hostiā dño pecorib⁹ id est de bobus et ouibus. offerens victimas. si holocaustū fuerit eius oblatio: ac de ar-

mento. masculū imaculatū offeret ad ostium tabernaculi testimonij ad placādū sibi dñm. Ponetq̄ super caput hostie manus et acceptabilis erit. atq̄ in expiationē eius p̄ficiēs. Immolabitq̄ vitulū coram dño et offeret filij aaron sacerdotis sanguinē eius. fundentes per altaris circūctum quod est ante ostiū tabernaculi. De tractaq̄ pelle hostie. artus in frustra concidēt et subiciēt in altari ignē: strue lignoz ante cōposita: et mēbra que sunt cesa desup ordinātes caput videlicet et cuncta que adherent iecori. i testimonij et pedibus lotis aqua: adolebitq̄ ea sacerdos super altare i holocaustū et suauē odorē domino. q̄ si de pecoribus oblatio est. de ouib⁹ siue de capris holocaustum: agnū anniculum et absq̄ macula offeret: imolabitq̄ ad latus altaris quod respicit ad aquilonē coram dño. Sanguinē vero illius fundēt super altare filij aaron per circūctū: diuidentq̄ mēbra. caput et omnia que adherent iecori. et imponēt super ligna quibus subiciendus est ignis. Intestina vero et pedes lauabunt aqua: et oblata omnia adolebit sacerdos super altare in holocaustū et odorē suauissimū dño. Si autē de aub⁹ holocausti oblatio fuerit dño: de turturibus et pulis colūbe: offeret eā sacerdos ad altare: et retorto ad collū capite ac rupto vulneris loco: decurrere faciet sanguinē super crepidinē altaris. vesiculam vero gutturis et plumas proiciat prope altare ad orientales plagam. in loco in quo cineres effundī solent. Confringetq̄ ascillas eius et non secabit: neq̄ ferro diuidet eam: et adolebit sup altare lignis igne supposito. Holocaustum est: et oblatio suauissimī odoris domino.

**C. S. De oblatione sacrificioz. de simila de cocta in cibano cum craticula absq̄ melle. de adiectione salis. de p̄mitijs torrendis. Ca. II.**

**A** nima cū obtulerit oblationē sacrificij dño. simila erit eius oblatio. Fundetq̄ sup eas oleū. et pone thus ac deferet ad filios aaron sacerdotis. Quorum vnus tollet pugillū plenū simile: et olei ac totū thus et ponet memoriale sup altare i odorem suauissimū dño. Quod autē reliquū fuerit de sacrificio. erit aaron et filioz eius. sanctū sc̄orum de oblationib⁹ dñi. Cum autē obtuleris sacrificiū coctū in cibano de simila panes sc̄ absq̄ fermento p̄spersos oleo: et lagana azyma oleo lita. si oblatio tua fuerit de sartagie simile p̄perse oleo et absq̄ fermento. diuides eā minutatim et fundes super eas oleū. Si autē de craticula fuerit sacrificiū eque simila oleo p̄spersetur: quā offerēs dño trades manibus sacerdotis. Qui cū obtulerit eā: tollet memoriale de sacrificio et adolebit sup altare in odorem suauitatis dño. Quicquid autē reliquū est. erit aaron et filioz eius. sanctū sc̄oz de oblationibus dñi. Omnis oblatio q̄ offertur dño absq̄ fermento fiet. nec quicq̄ fermenti ac mellis adolebitur in sacrificio dñi. P̄mitias tantū eozū offeretq̄ ac munera: sup altare vero nō imponēt i odorem suauitatis. Quicq̄ obtuleris sacrificij sale condies: nec auferes sal federis dei tui de sacrificio tuo. In omni oblatione offeres sal. Si autē obtuleris mun⁹ p̄mitiaz frugum tuarū dño. despicias ad huc virētib⁹: torrebis eas igni et cōfringes in morē farris: et sic offeres p̄mitias tuas dño. fundēs sup ea oleum. et thus imponēs quia oblatio domini est. de qua adolebit sacerdos in memoriā muneris. partem farris fracti et olei ac totum thus.

**C. S. De hostia pacificoz: si bos si ouis: capra omnis adeps domini est. Capitulū. III.**

**Q** uod si hostia pacificoz fuerit ei oblatio. et de bobus voluerit offerre marē siue feminā: imaculatā offeret coram dño. Ponetq̄ manū super caput victime sue. que imolabitur in introitu tabernaculi testimonij. Fundentq̄ filij aaron sacerdotis sanguinē per altaris circūctū. et offerent de hostia pacificoz in oblationē domino adipē qui operit vitalia: et quicquid pinguedinis est in trīsecus. duos renes cum adipe quo regunt illa: et reticulum iecoris cum renūculis: adolebitq̄ ea super altare i holocaustū lignis igne supposito in oblationem suauissimī odoris domino. Si vero de ouibus fuerit eius oblatio et pacificorum hostia. siue masculum obtulerit siue feminam imaculata erunt omnia. Si agnum obtulerit coram domino. ponet manum suam super caput victime sue que imolabitur i vestibulo tabernaculi testimonij. Fundētq̄ filij aaron sanguinē eius per circūctum altaris. et offerent de pacificorum hostia sacrificium domino. adipem et caudam totam euz re-

B

B

E

D

A

j. co.

Exo. xxi. b

B

E

s. co. 7. j. co.

e

lume. se. c

Ero. xxi. b

j. iii. a. et

j. iii. a.

lume

j. co.

s. co.

D

j. co.

nibus et pinguedinem que operit ventrem atque vniversa vitalia. et vtrumque renunculum cuius adipe qui est iuxta ilia: reticulumque iecoris cuius renunculis. et adolebit ea sacerdos super altare in pabulum ignis et oblationis domini. Si capra fuerit eius oblatio: et obtulerit eam domino ponet manum suam super caput eius: immolabitque eam in introitu tabernaculi testimonij. Et fundet filij aarō sanguinem eius per altaris circumitum. tollentque et ea in partem ignis domini adipe qui operit ventrem: et qui tegit vniversa vitalia. duos renunculos cum reticulo quod est super eos iuxta ilia: et aruinā iecoris cum renunculis. adolebitque ea super altare sacerdos in alimoniam ignis et suauissimi odoris. Omnis adeps domini erit iure perpetuo in generationibus et cunctis habitaculis vestris: nec sanguinem nec adipem omnino comedetis.

**CL. S.** De hostia pro peccato sacerdotis pro ignorantia multitudinis. pro peccato principis pro peccato vnus anime. **Cap. III**

**L**ocusque est dominus ad moysen dicens. Loquere filiis israel. Anima que peccauerit per ignorantiam: et de vniversis mandatis domini que precepit vt non fieret quippiam fecerit. si sacerdos qui vnctus est peccauerit delinquere faciens populum. offeret pro peccato suo vitulum immaculatum domino. Et adducet illum ad ostium tabernaculi testimonij coram domino: ponetque manus super caput eius et immolabit eum domino. Hauriet quoque de sanguine vituli inferens illum in tabernaculum testimonij. Et unget digitum in sanguinem asperget eum septies coram domino contra velum sanctuarij. ponetque de eodem sanguine super cornua altaris thymiamatis gratissimi domino. quod est in tabernaculo testimonij. Omne autem reliquum sanguinem fundet in basin altaris holocausti in introitu tabernaculi. Et adipem vituli offeret pro peccato tam cum qui vitalia operit: que omnia que intrinsecus sunt: duos renunculos et reticulum quod est super eos iuxta ilia et adipem iecoris cum renunculis: sicut offerunt de vitulo hostie pacificorum. et adolebit ea super altare holocausti. Pelle vero et omnes carnes cum capite et pedibus et intestinis et fimo et reliquo corpore efferet extra castra in locum mundum vbi cineres effundi solent. incendetque ea super lignorum struem que in loco effusorum cinerum cremabitur: quia si omnis turba filiorum israel ignorauerit et preperitiam fecerit. quod contra mandatum domini est. et postea ea intellexerit peccatum suum. offeret pro peccato suo vitulum. Adducetque eum ad ostium tabernaculi: et ponent sensores populi manum super caput eius coram domino. Immolatusque vitulo in conspectu domini. inferet sacerdos qui vnctus est. de sanguine eius in tabernaculum testimonij tincto digito asperget septies contra velum. Ponetque de eodem sanguine in cornibus altaris quod est coram domino in tabernaculo testimonij. Re-

liquum autem sanguinem fundet iuxta basin altaris holocaustorum. quod est in ostio tabernaculi testimonij. Quomodo eius adipem tollet et adolebit super altare: sic faciens et de hoc vitulo quod fecit et prius et rogante pro eis sacerdote propitius erit eis dominus. Ipse autem vitulum efferet extra castra atque comburet sic et priorem vitulum. quod est pro peccato multitudinis. Si peccauerit princeps et fecerit vnum e pluribus per ignorantiam quod domini lege prohibetur. et postea intellexerit peccatum suum. offeret hostiam coram domino byrcam de capris immaculatam. ponetque manum suam super caput eius. Et unget immolauerit eum in loco vbi solent mactari holocaustum coram domino: quia pro peccato est. tingeret sacerdos digitum in sanguine hostie pro peccato tangens cornua altaris holocausti: et reliquum fundens ad basin eius adipem vero adolebit supra: sicut in victimis pacificorum fieri solet. Rogabitque pro eo sacerdos et pro peccato eius: et dimittet eum. quia si peccauerit anima per ignorantiam de populo terre vt faciat quicquid de his que domini lege prohibentur atque delinquat et cognouerit peccatum suum offeret capram immaculatam. ponetque manus super caput hostie que pro peccato est. et immolabit eam in loco holocausti. Tolleretque sacerdos de sanguine in digito suo et tangens cornua altaris holocausti. reliquum fundet ad basin eius. Quomodo autem adipem auferens sicut auferri solet de victimis pacificorum adolebit super altare in odorem suauitatis domino. rogabitque pro eo et dimittet eum. Si autem de pecoribus obtulerit victimam pro peccato. ouem scilicet immaculatam. ponet manus super caput eius: et immolabit eam in loco vbi solent cedi holocaustorum hostie. Sumetque sacerdos de sanguine eius digito suo: et tangens cornua altaris holocausti. reliquum fundet ad basin eius. Quomodo autem adipem auferens. sicut auferri solet adeps arietis qui immolatur pro pacificis cremabit super altare incensum domini. rogabitque pro eo et pro peccato eius et dimittetur ei.

**CL. S.** Quid pro quibus causis offerri debeat. scilicet quid pro iuramento: quid pro errore quid pro ignorante. quid pro errante. **Cap. V**

**S**i peccauerit anima et audierit vocem iurantis: testisque fuerit quod ipse vidit. aut percipit: nisi idicauerit portabit iugum iuramentum suum. Anima que tetigerit aliquid immundum. siue quod occisum a bestia est: aut per se mortuum aut quodlibet aliud reptile et oblita fuerit immundicie sue rea est et deliquit. et si tetigerit quicquid de immundicia hominis iuxta omnem impuritatem qua pollui solet. oblitaque cognouerit postea: subiacet delicto. Anima que iurauerit et protulerit labijs suis. vt vel male quid faceret: vel bene et non fecerit. et idipsum iuramento et sermone firmauerit. oblitaque postea intellexerit delictum suum. agat penitentiam pro peccato. et offerat de gregibus agnum siue capram. orabitque pro ea sacerdos et pro peccatis eius. Si autem non potuerit offerre pecus offerat duos turtures

s. co. 1

D

1. iij. d

A

s. i. b. et s. iij. a

B

1. co.

E

D

s. co

s. iij. d et 1. co. E

F

s. iij. d et 1. co.

s. iij. d

B

B

Deu. et Zucc.

vel duos pullos columbarum domino: vnum pro peccato: et alterus in holocaustum. dabitque eos sacerdoti. Qui primus offerens pro peccato restorquet caput eius ad penulas ita ut collo adberet: et non penitus abumpatur. et asperget de sanguine eius parietem altaris. Quicquid autem reliquum fuerit faciet distillare ad fundamentum eius quia pro peccato est. Alterus vero in holocaustum adolebit ut fieri solet. rogabitque pro eos sacerdos et pro peccato eius: et dimittetur ei. quod si nonauerit manus eius duos offerre turtures aut duos pullos columbarum offert pro peccato suo simile partem ephedecimam. Non mittet in eam oleum nec turbur aliquid imponet quia pro peccato est. tradetque eam sacerdoti qui plenum ex ea pugillum bauuens cremabit super altare in monumentum eius qui obtulerit. rogans pro illo et ceteras reliquam vero partem ipse habebit in munere. Locutusque est dominus ad moysen dicens. Nisi si preuaricans ceremonias per errorem in his que domino sunt sanctificata peccauerit. Offerret pro delicto suo arietem immaculatum de gregibus. qui emi potest duobus siclis iuxta pondus sanctuarii. ipsumque quod intulit damni restituet. et quintam partem ponet supra tradens sacerdoti qui rogabit pro eo offerens arietem et dimittetur ei. Anima que peccauerit per ignorantiam. feceritque vnum ex his que domini lege prohibentur: et peccati rea intellexerit iniquitatem suam. offerret arietem immaculatum de gregibus sacerdoti iuxta mensuram estimationis nempe peccati qui orabit pro eo. quia nesciens fecerit. et dimittetur ei: quia per errorem deliquit in domino.

**C. L. S.** De lege holocausti et igne perpetuo. et lege singulorum sacrificiorum. de oblatione sacerdotis in die vntionis eius. et de hostia pro peccato quis eam comedit et ubi sacerdotis offerentis sacrificia erunt. **Capitulum. VI**

